

†. *Numa Pompilius. II. Rom. R.*

*In una parte.*

1. *Pomponius Molo depingitur, laurea decoratus corona, laevo obtutu, cum nominis epigraphæ. L. POMPON. MOLO.*

*In altera.*

*Sacrificium rudis adhuc sæculi representatur, quò parvis ab exordijs Roma paulatim succrescebat. Nam Numa Pompilius, prætextatus aram instruit dextra manu Jovi, laeva habens lituum. Pastorem, ut victimam propter assistat, admenens, capram ille nimirum adducit. infra. NUMA POMPIL. Numus hic argenteus mihi Romæ uisus est apud antiquitates D. Antonij Augustini.*

*In una parte.*

2. *Numa diademate lato coronatus, laevo obtutu, barbatus. In diademate legitur. NUMA. Inscriptio. CN. PISO PROCOS.*

*In altera.*

*Navis rostrum contectæ, altæq, ad laevam nitentis ponitur. Suprà infraq. M. AN. PROCOS. Hunc nummum argenteum meminisse me uidiſſe Romæ apud D. Antonium Augustinum.*

*Tullius Hostilius. III. R.*

*Ancus.*